tempore certo iam diu pro sub vadio simili solvere et non solvisti per quod va-
dium similis summae succubuisti ad quod super te decernen una cum solutione
summae essentialis citaris Judlio suo Terminum attentaturus et responsurus. Datum
in Curia Regia Branscensi feria Secunda ante Festum Nativitatis Sancti Joannis
Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Cuius
quidem citationis praeinsertae copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Joan-
nes Dziekan ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis citat
propriis posuisse et publicasse recognovit. Memorata pars Actorea suprascriptum
citatum Ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Ministerialem Benedictum Pru-
szenski iudicialiter clamat et non comparentem in Lucro suo pro toto ex Regestri ordi-
ne admissioneque officij praesentis Judlio condemnaverunt.

Kocz **Lucrum**

Super citationem Literalem Castrensem Capitanei Branscensem tenoris talis. Franci-
scus Joannes in Kloczow Lenkowolski Branscensis etc. Capitaneus. Vobis Nobilibus
Alberto olim Simonis Borowski et Helizabethae filiae Nobilis Martini Kocz con-
sortibus legitimis invicem coniugibus ex omnibus bonis vestris vigore Regio et nostra
Capitanei authoritate mandamus ut in Terminis Querellarum ac causarum officij Capitanei
Castrensis Branscensis in Curia Regia Branscensi feria Secunda post datam praesentis
citationis proxima celebrandis praesentis et peremptorie compareatis. Ad instantiam Nobilis
Martini olim Mathiae Kocz de Lubino Koscielne Nobilis Actoris qui vos et praesen-
tem maritalem cum marito feriae Vitiationis coniugalis assistentia et authoritate citat ideo
Quia vos in contrarium Libertatum et iurium Regni quibus thelonea in Pa-
latinatu Podlachiae sunt sublata ausi estis in terra libera bonorum Lubino
Koscielne equum coloris Płowei et vitulum biemalem discolorem alias pstre-
go in valore quadraginta florenorum in bonis cuiusdam iniusti et inusitati thelo-
nei recipere et extorquere prout de facto recepistis et extorsistis per quod
poenam Mille Marcarum polonicalium succubuistis ad quam super vobis decernendum
una cum restitutione praefati thelonei citamini Judlio sibi responsuri
et Terminum attenturi. Datum in Curia Regia Branscensi feria Secunda post
festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Mille-
simo Sexcentesimo Quinquagesimo. Cuius quidem citationis praeinsertae co-
piam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Lierhei Kwadrato-
wicz ab una integra ante Terminum praesentem septimana in bonis citat pro-
prijs posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor suprascriptos
citat Ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Ministerialem Benedictum Pru-
szenski iudicialiter clamat et non comparentes in Lucro suo pro toto ex Re-
gestri ordine admissioneque officij praesentis Judlio condemnavit.

Gnosi